Femoralia hi q in via dirigunt de
veſtiario accipiãt qui reuertẽtes lo/
ta ibi reſtituant. Et cuculle ⁊ tunice
ſint aliquanto his quas habere ſoli
ti ſunt modice meliores. Quas exe
untes in viã accipiant de veſtiario
⁊ reuertentes reſtituant. Stramẽ/
ta aũt lectorum ſufficiant: matta: ſa
gũ lena: ⁊ capitale. Que tñ lecta ab
Curã adhibeat abbas — abbate frequenter ſcrutãda ſunt ꝑ/
pter opus peculiare ne inueniatur
Et ſi cui inuentũ fuerit quod ab ab
bate nõ acceperit grauiſſime diſci/
pline ſubiaceat. Et vt hoc vitiuz pe/
culiaris radicitus amputetur: den
tur ab abbate omnia que ſũt neceſ
ſaria: id eſt cuculla: tunica: pedules
calige brachile cultellus graphium
acus mapula tabule vt omnis excu
ſatio auferatis neceſſitatis. A quo
Act. iiij. — tamen abbate ſemp conſideretur il
la ſententia actuũ apoſtoloꝝ: qꝛ da/
batur ſingulis prout cuiqꝫ op⁹ erat
Jta ergo ⁊ abbas cõſideret infirmi
Sancta doctrina. — tates indigentiũ: nõ malã volũtatẽ
inuidentiũ. Jn omnib⁹ tñ iudicijs
ſuis dei retributionẽ cogitet.

¶ Tractatus. D. cardi. cxxj. de diſpenſa
tione veſtimentorum ⁊ qualitate ⁊ men-
ſura eorum.

V Eſtimenta ⁊c̃. Superi⁹ ſan-
ctus pater Benedictus de-
dit mandata circa diſpenſa-
tionem cibi ⁊ potus ⁊ de mẽ
ſura ſeruanda in eis: Nunc
ſubdit de diſpenſatione veſtimentorum ⁊
calciamentoꝝ ⁊ qualitate ⁊ menſura eoꝝ
Quod capitulũ principaliter in quatuor
partes diuiditur. Jn prima parte de veſti
Diuiſio capituli. — mentis. Secũdo de calciamentis. Ter-
tio de femoralibus. Quarto de ſtramen
tis lectorum. Circa indumenta ⁊ calcia-
menta quattuor ponit mandata. Primo
mandatum de diſpenſatione ſm varieta
tem ⁊ temperiem regionũ. Secundo de
qualitate. Tertio mandatum de menſu-
ra. Quarto mandatuz de cuſtodia habẽ
da. Circa primum ſic dicit ſanctus pater
(Veſtimenta fratribus ſm locorum qua-
Diſpenſatio veſtimentorũ in quãtitate. — litatem vbi habitant vel aeris temperiez
dentur: quia in frigidis regionibus am-
plius indigetur: in calidis vero) regioni-
bus (minus. Hec enim cõſideratio penes
abbatem ſit) Diſcretioni ⁊ arbitrio abba
tis cõmittitur vt ſm diuerſas qualitates
locorum ſit diſpenſatio veſtimentorum: ſi
cut ſuperius de cibis dictum eſt. Textuſ
planus eſt ⁊ a patre Benedicto plene ex/
poſitus. Sequitur (Nos autez mediocri-
bus locis) id eſt temperatis regionibus
(ſufficere credimus monachis per ſingu
los cucullam ⁊ tunicam. Cucullam in hy-
Religioſe notanda expoſitio. — eme villoſam) quod exponi poteſt dupli-
citer: vnomodo ſic: id eſt de panno forra-
to vellere ouis ad miniſtrandum caloꝛez
cõtra rigorem frigoris. Alio modo ſic: vil
loſam: id eſt de panno villoſo id eſt groſſo
non tonſo. Et forte magis conformiter ad
intentionem humilitatis ſancti patris be
nedicti. Sequitur (Jn eſtate vero puraz)
id eſt abſqꝫ forratura prefata velleris oui
um vel puram (aut vetuſtam) quod idem
eſt id eſt tenuem ſiue de leuiore panno fa-
ctam (Scapulare ꝓpter opera) id eſt quo
vtendum eſt in operibus manualibus et
exercitijs corporalibus in quibus fratres
cucullis veſtiti cõmode expedite ⁊ prom-
pte operari nõ poſſunt. Ubi circa iſta ve
ſtimenta que monachi iubentur habere
in quibuſcunqꝫ locis ſiue calidis ſiue fri/
De vocabulis veſtimentorum monachalium: ⁊ interpretatio eorum. — gidis ſiue temperatis eſt notandum. Et ꝓ
mo circa tunicam ꝙ tunicam appellamuſ
illam que habitui proxima eſt ſiue quam
ſub cuculla portamus corpus vndiqꝫ te/
gentem ſed capucio carentem. Que vt cõ
ſtitutum eſt in capitulo primo extra de ſta
tu monachorum in clementinis debet eẽ
rotunda per circuitum ⁊ non ſciſſa nec lõ
gitudine nimia aut breuitate notãda lar-
gas etiaz manicas habeat vſqꝫ ad pugnũ